



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome  
Controuersiarum Omnia huius Aeui  
Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis  
Quadripertitis digestarum**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiae, 1624**

X. An Ministri probitas seu Fides ad Sacramentorum Efficaciam requiratur?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11726**

**A D II.** Annuciare est gratias age-re, laudare Deum ob beneficia: ut Ex. 15.  
*Cantemus Dominum gloriose.*

**A D III.** Prophetare est futura prædicere, & gratia gratis data: At propheta-re, id est, concionari, sic, i. Tim. 2. *Mu-*  
*lieri docere non permitto.* i. Cor. 14. *Mulie-*  
*res taceant in Ecclesia; non enim permittitur*  
*eis loqui, sed subditas esse.* Concessit tamen  
Deus extraordinariè nonnullis priuile-  
gium docendi. Sed priuilegia non faci-  
unt legem.

**A D IV.** Christus est Sacerdos secū-  
dum ordinem Melchisedech; in quo so-  
lum primogenitus erat Sacerdos, ut  
Christus in multis fratribus est: At in Aa-  
ronico Sacerdotio omnes fratres natu-  
rales erant & Sacerdotes.

**A D V.** Nihil ea euincunt, dicta in  
genere trahere in partem.

## Q VÆST I O X.

*An Ministri probitas seu fides ad*  
*Sacramentorum efficaciam re-*  
*quiratur?*

**L**UTHERVS affirmauit; sed reuoca-  
uit. Iamque omnes, etiam Caluini-  
stæ, pernegant. Salua res est.

H U S S I T A E aiunt; non obstante, quod ratas habeant  
Ordinationes Catholicorum: id quod eis diffusus Luthe-  
rus. Huius tamen damnatus est in Concilio Con-  
stantiens, quod diceret, Pastores malos & qui uocē Pasto-  
res esse, id est, nullos.

2. AN ABAPTISTIS quoque tribuit idem Kemni-  
tius; 3. Agrippinus Episcopus Carthaginensis nega-  
uit esse Sacramenta ab hereticis aut schismaticis colla-  
ta. Quod Baptismum sensit idem S. Cyprianus, Donati-  
us & quoque etiam post definitio em Ecclesiæ; item Lu-  
ciferani, Apostol. c. Waldenses, Wicelii.

**A V T O R.** Sed à pluribus refutati  
sunt, & damnati sapienter; apud Bell. l. 1.  
c. 26. Prætereo,

## Q VÆST I O XI.

*An in Ministro Sacramentorum re-*  
*quiratur intentio faciendi, quod*  
*facit Ecclesia?*

**L**UTHERVS lib. de Captiuit. Babyl. cap. de Baptis-  
mo. Non in conferentis tantum, quantum insusci-  
pientia fide vel virtus est virtus Baptismi: Ut legitur de  
Mimo per ipsum baptizato. Et art. 12. inter damnatos  
à Leo. c. X. Si Sacerdos ioco absoluere, et se tamē quia cre-  
dat esse absolutum, verissimè est absolutum: Sic plerique  
Lutherani, Kemnitius, Heshulius, &c.

**G A L V I N V S** in Antid. S. ff. 7. Canon. 11.  
*Quod de intentione consecrandi garriunt; à So-*  
*phistis nullaratione probabiliter proditum. In-*  
*frā. Ego vero sacrosancta Christi Institutionē*  
*tānū defero; ut, si Epicurus quidā, intus totā A-*  
*ctionem suā sanans, mihi Cœnam à Christo mā-*  
*datam administret, non dubitem, panem & ca-*  
*licem illius manu porrecta, mihi vera ēss̄ Corporis*  
*& Sanguinis Christi pignora. Huc proxi-*  
*mē accessit Ca harinus; quile tamen Apo-*  
*stolicae Sedi subiecit.*

**S V A S I O N E S L V T H E R I.** 1. *Quia*  
Verbum Dei quacunque dicatur intentione,  
fidem excitat, & hæc iustificat. Vnde Phil. 1.  
gaudet prædicari Chirstum quacunque in-  
tentione. Sic puer Athanasius baptizauit  
pueros. &c. 2. Calvini & Kemnitii. *Quia*  
sic petiret certitudo effectus Sacramentalis; cū  
intentione nulli sit certa. 3. *Quia, lib. de Ba-*  
*ptismo, c. 53.* Augustinus non audet definire,  
an Baptismus ioco datus, sit ratus. 4. In-  
nocentius I V. censuit ratum, etiamsi gerat in  
mente non facere, quod facit Ecclesia.

**A V T O R.** Ad minus est opus habere  
generalem intentionē faciendi, quod ea  
facit Ecclesia, quam credit esse veram.  
Sisque intentio actualis, aut minimum  
virtualis: habitualis non sufficit. 1.  
*Quia,* Ceu forma certa requiritur ut in-  
differentia materiæ determinetur; sic &  
aliquid, quo indifferentia formæ deter-

II mi.